

Julia Noverca Caracallæ filium ad in-
cetas nuptias trahit, iniquis: Nescis
quod Imperator sis, & leges faciere, non
acceptare debeas. F. p. 1. l. 20. c. 21. n. 2.

Lais famosa meretrix Corinthi pro una
nocte 10000. drachmas petere solebat, ad
quam Demosthenes respondisse fertur:
Non tanti ego poenitere. F. p. 1. l. 3. c. 2. n. 6.

Julia Octavianæ Augusti filia tam in-
tolerabilis erat impudentiæ, ut demum
una cum Scribonia Matre in Insulam Pan-
dariatam relegata sit. F. lb. l. 20. c. 2.

Valeria Messalina Imperatoris Claudii
conjugator adulteros Romæ habebat, quot-
quot illi liberant. F. p. 1. l. 20. c. 5. n. 1.

Predegunda impurissima Galliæ furia.
F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Femina ipse halitus, aut atmosphæra
Viris periculosa est. Sancta Apollinaris
dissimulato sexu vitam inter viros egit.
Cum ad mortem ægrotaret, & Monachus
infirmarius illi assideret, sensit insolitas
libidinis tentationes, & ideo exclama-
vit: *Hic Monachus aut diabolus est, aut
femina!* S. Gregorius VII. Pontifex,
gratia compositionis fuit privatus, eo
quod monile suæ neptis manu tractavit.
C. in Prov. 7. n. 12.

Hinc SS. Patres Viros pietatis & ca-
stissimæ studiosos a conversatione, imo
& ab aspectu feminarum dehortantur.
Sanctus Hieronymus ad Nepotianum ait:
Hospitium tuum nunquam mulieris pe-
des terant. Memento semper, quod pa-
radisi columnæ de possessione sua mulier
decepit. C. in Dan. 13. v. 8. Item in
Ecclesi. 26. v. 14. Item 1. Petr. 3. v. 2.

36. Sunt crudeles, & vindictæ studiose.

Philippus Rex Macedonum Olympiam
uxorem repudiavit, ex suspitione infide-
litatis, & Cleopatram Attali Ducis sui
forem duxit. Postquam Pausanias Phi-
lippum ratione denegata iustitia occidit,
Olympia ex exilio rediit Pausaniam latro-
nem & rufulo relegatum honeste sepeli-
vit, & Cleopatram, cuius assu se repu-
diatam suspicabatur, miserandum in mo-
dum una cum filia jugulavit. F. p. 1. l. 7.
c. 9. n. 5. 6. Hæc ipsa Olympia Arideum
Eratreæ Alexandri capite truncavit, &
Euridice ejus uxori gladium, funem, &
venenum misit cum nuntio, ut quod vel-
let perficeret. Præterea centum Macedones
nobilissimos Regis Cassandri amicos, &
inter hos ejus fratrem Nicanorem occi-
dit, sicut: sed tandem consanguineis in-

terfectorum iustas penas dedit. F. p. 1.
l. 10. c. 2.

Joanna Crescentii Uxor Othonem III.
quod frustra ejus conubium speraret, vene-
natis chyrothecis necat. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 4.

Rosimunda, Cunimundi Cæptorum Re-
gis filia & Alboini Regis uxor, ut visci, &
oculis patris necem, cuius oratio Alboinus
pro scypho utebatur, vindicaret, Helmi-
gem cubicularium ad necem Alboini insti-
gat, cui dein turpiter convixit, & cum
tempore venenum propinavit, ac Helmi-
ges advertens venenosum hauritum quidem
quidem bibit, dimidium haurit Rosi-
mundam coegit. F. p. 1. l. 3. fol. 20. 21.

Blanca Roberti Regis uxor Hungonem,
eo quod Regis favoribus valde esset com-
mendatus, ante oculos regis obruncari
juber. F. p. 3. l. 6. fol. 151.

Predegunda Regni Galliæ furia plus
quam duodecim caedibus famosa. F. p. 3.
l. 6. fol. 123. seq.

Achab Rex Israelitarum suam Jezabelis
occidit Prophetas. VV. art. disci font.
84. ex. 3.

Mulieris ira est confusio magna. *Ecclesi. 27.*
Herodias petit caput S. Joannis: nam ut ait
S. Chryostomus, *Mulier, cum injuria af-
ficitur, insanit.* Plutarchus ait: Mulieres
iracundiores sunt viris, ideo etiam facili-
us, quam viri, in insaniam probantur,
& difficilius curantur. Ratio præ-
dominantis iracundiæ est, ratio debilis,
& vitiosorum humorum abundantia &c.
C. in Ecclesi. 25. v. 29.

Jezabel cum vineam peritam a Naboth
per preces, & promissa impetrare non po-
tuit, crudeliter illum lapidari præcepit.

ANIMA HOMINIS.

37. Quid sit?

Sancti Patres varie definiunt animam:
alii dicunt: *Est desforme spiraculum
vine.* Alii: *Est substantia incorporea ra-
tionis participans, gerendo corpori accom-
modata.* Alii: *Est substantia spiritus ad a
creata sui corpori vivificans.* Alii: *Est
spiritus intellectualis ad beatitudinem in
se, & in corpore ordinatus.* Alii: *Est
spiritus intellectualis semper vivens, sen-
per in motu, bone, & male voluntatis
capax.* Alii: *Est omnium similitudo &c.*
C. Gen. 2. fol. 66. col. 1.

Quid anima sit, e corpore mortuo de-
sume, ait S. Chryostomus. Quod modo
vivas, quod moveris, quod creas, sentias,
intelligas, bonum a malo discernas,

*S. C. 26.
hom. 200
in Gen.*

omnise

omnia ex anima habes. Anima ratio-
nalis est, intellectualis, spiritualis, libera
immortalis, principium habuit, finem
non habebit &c. B. Sermon. 2. n. 9.

Anima est paradifus, aut quasi hortus,
quem homo excolere debet: plantæ fru-
ctiferae sunt sobrietatis, castitas, alique
virtutes: lolium sunt vitia: imber est
Dei gratia, venti sunt tentationes, messi-
tis est præmium vitæ æternæ. C. Gen. 2.
v. 15. fol. 73. 1.

Anima est dominatrix corporis: sicut
navachus navim, eques caballum, pater-
familias domum; ita anima debet regere
& sub capifiro habere passiones corporis.
Sed ais: corpus aggravat animam? verum
si vis aggravat ad tuum emolumentum:
Angeli, quia sine corpore erant, ideo
suam pulchritudinem intuiti superbiuntur.
Adeoque anima tua alligata est misero
corpori 1. Ut non superbias. 2. Ut cor-
pus subigas. 3. Ut anima tua corpori in-
clusa fit, sicut adamas capsulæ, ne pe-
reat. B. Sermon. 2. n. 16.

Horologio prodest pondus, etsi gravet:
Ita corpus animæ, ait S. Gregorius. B.
Sermon. 33. n. 19.

38. Parum cognoscitur ab homine.

Homo omnibus scientiis inhiat, ani-
mam tamen cognoscere non studet. Epu-
lo ajebat ad animam suam: *Comede, epu-
lare.* O stulte! ait Basilus: *Tam impro-
vidus es, ut escas corporeas animæ tri-
buas.* Homo cum in honore esset, com-
parat est jumentis. B. Sermon. 2. n. 2.

Veteres ethnici putabant animam esse
substantiam igneam a sideribus deprom-
ptam; ideo ante omnia mortis genera
exultabant in aquis etiam animas sus-
focatorum extinguunt. O utinam Christia-
ni haberent cognitionem animæ melio-
rem! &c. D. 8. 1. in fine.

Paradoxas imaginationes habuerunt Ve-
teres de anima: aliqui putarunt animam
educi ex materia, aut venire extraduce,
ad eam, generari aut propagari ex anima
parentis, uti lex spargit lucem, uti te-
nuit Tertullianus. Alii putarunt animam
esse ab Angelis, uti docuerunt Seleucia-
ni. Alii, animam esse particulam avul-
sam Divinitatis, aut partem Divinæ sub-
stantiæ. Sed hi sunt meri errores! anima
enim est effectus Divinæ omnipotentia,
de nihilo in homine creatus, seu, ut ait
Augustinus, est Desforme spiraculum vi-
væ. C. Gen. 2. v. 7. &c.

D. Claus spicil. univers. Pars I.

Temerarius quidam inter pocula, cum
de præmiis & penis alterius vitæ discitur
audiret, subfistit, dixitque; hæc omnia
esse mera commenta Poparum & Mona-
chorum, addiditque, venalis est mihi
mea anima, quis vult eam coemere? da-
bo pro modico pretio! Adfuit inter alios
ignotus Vir (Personatus pæmon) qui li-
citationem cum illo inivit, damnoque pre-
tium illum una cum corpore abripuit. O
quam multi scelerati animam suam vel
pro fabula, vel pro nihilo reputant; &c.

39. Debet virtutibus exornari.

Deus Adamo paradisi hortum concre-
didit, ut illum excoleret & operaretur:
Ita Deus dat homini animam, ut illam
ceu paradifum Divinitatis gratissimum
virtutibus exornaret. Ager itaque est ani-
ma, plantæ sunt sobrietatis, castitas, alie-
que virtutes. Zizania sunt vitia, agricul-
ta est homo, imber est Dei gratia, fe-
mina sunt illustrationes, & inspiratio-
nes, ex quibus virtutes crescunt. Venti
sunt tentationes, messi est præmium
æternum. C. Gen. 2. v. 14.

Virtutibus exornatur anima, cum sem-
per cum Deo occupatur, & in rebus om-
nibus Deum quærit. Psalmista ad lau-
dem, Dei invitat cælum, terram, solem
lunam, ignem, grandinem, nivem,
reges terræ, juvenes & virgines: Parem
in modum pueri in fornace Babylonica
rorem, pruinam, montes, colles, fontes,
& omnia elementa invitant ad laudem
Dei! Quomodo autem, & quare? quia
homo his omnibus uti debet ad gloriam
Dei per sanctissimas virtutum exercita-
tiones. Ita Origenes: *Anima sancta omnis
que agit & patitur, refert ad laudem &
gloriam Dei.* Debet igitur homo crebro
per diem ac noctem, inlar orationis ju-
culatorie usurpare hymnos, & suspiria
ejusmodi: Sanctus, Sanctus, Sanctus Do-
minus Deus Sabaoth! &c. Benedictio &
claritas, & sapientia, & gratiarum actio,
honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro
in sæculum sæcula! &c. Gloria Patri &
Filio, & Spiritui Sancto! &c. C. in II. 6. v. 3.

Anima est paradifus seu hortus Dei:
quod igitur facit hortolanus, id faciat
Christianus, ut animam virtutum flori-
bus exornet. C. Amos 9. v. 15.

40. Debet esse Domina corporis.

Per tria morietur terra, & quartum non
potest sustinere, ait Salomon. Tria illa
sunt:

Thom.
Contip.
l. 2.
c. 26. p. 2.

Orig. in
I. 1. 1. 1.
mil. 4.

funt: servus regnans, stultus satur, & uxor malitiosa. Quartum autem est ancilla cum fuerit beres Domina sue. Hunc locum S. Antonius Paduanus exponit de corpore, cum regnat supra animam. Domina est ratio, ancilla est sensualitas; quam eiam terra sustinere non potest, cum sibi ipsi dominationem usurpaverit rationis. B. Ser. 2. n. 18.

Semirans ferva tantum quinque dies facta est Regina, & Regem occidit: ita sensualitas occidit rationem, si regnet. B. Ser. 2. n. 25.

Sanctus Antoninus parabolam asserit de duobus fratribus, uno prudente, altero stulto: in via prudens obsequabatur dustulo stulti, & denique uterque ad furcam condemnatur. Anima est frater prudens, corpus stultum &c. B. Ser. 42. n. 2. seq.

Oza percussus est, quia arcam duci permisit a brutis irrationabilibus: ita Deo displicet, si anima ducatur per appetitus irrationales corporis. B. Ser. 18. n. 19, 20.

Phil. 3. Fili serva animam tuam, & da illi bonorem secundum meritum suum. Honor autem iste in eo consistit, ut domine- tur, non subdit: Non serviat carni, gula, & jociis &c. præterea præhabenda est omnibus, quæ sunt minoris pretii, uti sunt amicitia hominum, honores, facultates, & omnia caduca; hoc enim est meritum animæ, ut his omnibus præferatur. Segn. Manna 4. Jul. n. 1. & 2.

Cor. 14. *Cap. 14.* *Eccl. 10.* Cornelius a Lap. ait: Honor anime debetur, ut illa quasi Regina imperet corpori, & sensibus quasi subditis, & ancillis. Anima dominari, corpus famulari, & illas functiones obedienter peragere debet, quæ ad consecutionem ultimi finis sunt necessaria.

41. Minus curatur quam corporalia.

Quidquid homo possidet, vult habere bonum: bonum equum, bonam vestem &c. Glam anime bonitatem parum curat. Præpone vitam caligæ tue, ait Sanctus Augustinus. B. Ser. 2. n. 12.

S. Ant. Ser. de Prob. Do. min. in Matth. S. Bern. Ser. 14. in Cant. Sanctus Bernardus lamentatur: Cadit asinus, & invenit, qui se sublevet, cadit anima, & nemo est. B. Ser. 2. n. 28.

Pecuniam nemini tradis sine apocha, quia vis esse securus non sis de futuro tempore, cum tamen securus non sis de futuro tempore, & occasione agendi poenitentiam. B. Ser. 6. n. 15.

Carbonem ardentem statim e veste ab-

jicis spinam epede statim extrahis: domum dum rimas agit statim fugis: & animam diu in periculo relinquis. B. Ser. 7. n. 21.

Quandocunque de rebus temporalibus agitur, semper securiora eligis, & meliora: navigaturus trans marenavem meliorem conducis præ cariosa: agrorum meliorem medicum vocas præ minus peritico: itinerans securiorem viam ingreditis præ minus secura. Audi nunc Chrysoctomum: Quare ergo, cum de anima vites, quæ æternitate consilium inis, imbecillioribus niteris fundamentis? &c. B. Ser. 8. n. 13.

Cum iter facis, arma tecum sumis: cum contagiosus morbus in vicina grassatur, præservativa remedia procuras: dum deluxio oculum obfuscat, statim medicum vocas: &c. Cur ergo non parem sollicitudinem adhibes pro anima, quam pro corpore. B. Ser. 24. n. 11. & seq.

Jeroboam æger anima, æger & corpore, rogat Profetam pro sanatione manus arescæ, non pro sanatione anime. B. Ser. 65. n. 5.

Cum classis Hispanica anno 1556, in Americam navigans vi tempestatum in terram Floridam ejecta est, Hispani immensos pecuniarum thesauros in litrus exposuerunt, illosque barbaris passim adventantibus obtulerunt. Illi neglecto auro faccos abstulerunt, plus amantes metallum texturam, quam pretiosum metallum. Ita multi faciunt plus asstantes corpus, quam animam. D. 1. 19.

In Veteri Testamento lex erat, ut omnia bona ruralia, si fuerint vendita, anno jubilæi ad suum Dominum redirent. Quanto magis ergo annus ille appropinquabat, tanto vilius habebantur ea bona. At vero ædes & habitacula in urbibus non redibant ad venditores, idque ea de causa, ut ædificia tanto sollicitius excolerentur, quanto certius possessori remanebant: quod revera fieri solebat. Bona agrestia neglectim, bona urbana pretiose habebantur. En mi Christiane animam magis, corpus minus sollicitè curare debes; quia illa æternum tua est, hoc tantum ad tempus. D. 3. 62.

P. Mathæus Riccius in Chinesis itinere in morbum incidit, sed ope amici præter spem convalescit: ut ergo amico obsequium compensaret, vitrum ei dono dedit, quod ille, putans esse materiam, e qua cæli confecti sunt, ultra quingentos aureos æstimavit, & argentæ capillæ inclusam custodiivit. Rideamus quod illi

S. Chry. bon. 21. in 2. ad

S. Clm. yada 26.

Publius Mim. 2. ad Lab. 2. ad Mart. prop. 3.

Gen. 4.

Publius Mim. ap. Labbat. v. Moti prop. 8.

vitrum aut præhabent, & nos sæpe temporale lucrum anime præhabemus D. 7. 58. S. Chimeus ait: Si homo pro sanitate corporali jejuniu se affligit, quanto magis pro sanitate anime id facere debet. Sanchez 5. p. c. 6. fol. 515.

42. Non possidetur ab homine ut propria sed ut mutuata.

Putas animam tuam esse, & ita tuam, ut libere eicam illam disponere possis? neutiquam: Homo vitæ commodatus, non donatus est, ait Publius Mimus. Id quod donatum est, plene tuum est, at quod commodatum est, suo tempore restituui debet commodanti. Anima in sua creatione dicitur spiraculum vitæ: cur autem spiraculo comparatur? quia sicut halitus spiratus attrahitur, ut iterum detur; ita anima a Deo accipitur, ut iterum detur. &c. B. Ser. 20. n. 13.

Homo peregre proficiscens tradidit familiaris talenta, ut cum iis negotiaretur: redix rationem poposcit de negotiatione, & famulum interrem, qui talentum suum in terram deposuit, gravissime punivit. Sic Deus judex repetet animam &c.

Anima creatoris propria est, propter creationem, cum in modum, quo artefactum proprium est artificis, id quod indicat sacer textus illis verbis: Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. Cur enim animam spiraculo comparat? Per respirationem halitus aer attrahitur, sed iterum a respirante redditur: Parem in modum, etiam anima a Deo homini inspirata sit, illa iterum expiranda erit inspiranti. Deo ergo reddenda est!

Ulterius, postquam anima peccato perit, a Christo suo sanguine & morte empta & redempta est: ergo tua non est, sed Redemptoris! Hinc Publius Mimus, ait: Homo vitæ commodatus, non donatus est.

43. Magis curanda est, quam corporalia.

Christus in monte Oliveti pro discipulis vigilavit, in tempestate maris dormivit: Quare? Sanctus Hilarius ait, quia ibi anima discipulorum, hic tantum corpus in periculo erat. Anima plus curanda est, quam corpus. B. Ser. 24. n. 32. & n. 20. 21. 23. 24.

Dux forores Martha & Magdalena, cum Lazarus infirmabatur, tantum mittebant nuntium ad Christum: Quem a Lazarus, infirmatur. Cum vero de salute animæ res erat, Magdalena ipsam se ixit

voce, lacrymis, amplexibus, & capillis usq. &c. S. punct. 63. fol. 219. in fine.

Lumen nature dicitur, at quæ pretiosiora sunt, sollicitius custodienda: pugnant pro toto corpore obijciunt brachia vulneribus, navigantes merces omnes ejiunt ad alleviandum naviam, & groci pecuniam omnem offerunt pro sanitate recuperanda. D. 11. 27.

Deus prohibuit Adamo arborem scientiæ boni & mali, quæ sic vocabatur, juxta Damascenum, quia homini attulisset cognitionem propriæ naturæ, allarumque rerum naturalium. Cur autem noluit Deus, ut Adamus necessitates suæ naturæ cognoscat, consequenter se contra frigus, æstum, pluvias & alia communit? rationem dat Nemefius Episcopus Emifensis: Nolebat ipsum nosse naturam; nam ubi multa sibi deesse cognovisset, animæ curam usui cultuique corporis posthaberet.

44. Quantum ametur & æstimetur a Deo.

Præcepit Deus Moysi, ut numeraret filios Israel: Tollite summam vestre congregationis filios Israel. Nihilominus paulo post iterum iterumque numerari mandavit. Miratur Oleaster inquiring: Non est impletus annus, quo eos numerari præcepisti, & iam iterum eos numerari vis? Quid est, quod tam crebro numeras? Nempe sicut usurarius pecunie cupis multociens numerat pecunias, quia amat, ita Deus animas: id quod ipsum infirmum videtur illis verbis: Eritis mihi in peculum in cunctis gentibus. Huic interpretationi ad stipulantur Lyranus: Israel erat. Num. quasi peculum Dei. Et Oleaster: Quammodum qui pecunias habet, & diligit, continuo eas supputat, ita Deus.

Si totus mundus ex auro constaret, non plus esset dignus esse icabellum Dei: anima autem juxta est tabernaculum, & domicilium Dei. C. Exod. 26. v. 1. f. 524. col. 2.

Abraham misit fidelem famulum Eliezer, ut Isaac filio suo Rebecca sponsam procuraret: Abraham fuit figura Divini Patris: Isaac figura Divini Filii: Rebecca figura animæ, Eliezer figura apostolorum, & Pastorum: Quorum hi omnes laborarunt, ut animam Divino Filio sponsam adducerent. Ex hoc libere desumi potest amor Dei, & affirmatio erga animam. C. in Gen. 24. v. 67.

Adæo æstimat Deus animam, ut cum illa tanquam sponsa per caritatem desponsetur, & quanto magis crescit caritas,

S. Joan. Dromif. li. 1. ad ff. de c. 11.

Nemef. Emif. de Natur. in ditione. p. T. 8.

Num. 1. Ex. 38. Num. 26. Oleast. in mandavit. c. 19. Ex.

Lyan. in Num.

Phil. 116. de Chry. sub.

tanto magis crescit unio & desponsatio cum Deo. C. 2. ad Cor. c. 11. v. 2.

45. Quantum estimetur a domone.

Diabolus hominibus vilissima obsequia prestat, us animam lucretur; sic tempore Matthæi Bassii Venetiis Advocato sub specie simia servitit &c. R. 1. cent. 2. p. mic. 50.

Cur autem demon ardua servitia, & labores suscipit pro anima? Audiamus! Ante adventum Christi per totum fere orbem dominium tenuit idololatria, & sic infernalis tyrannus innumera habebat delubra & aras, quibus a superstitiosis gentibus in idolis adorabatur. Post Adventum Christi hæc sana & delubra destructa, & in sanctæ fidei Ecclesias ac templa conversa sunt. Dum ergo diabolus hodie, ubi Sancta Christi Crucifixi Religio universam orbem floret, templa materialia recuperare non potest, æmulatur pro perfidendis templis immaterialibus, nempe animabus; anima enim est templum Dei! Quocirca, dolos, machinationes, tentationes adhibet, ut vel unam animam suam faciat! &c. cum ergo demon animam tanti æstimer, o quantum æstimanda, & curanda est a nobis &c.

Diabolus Sancto Bernardo loco rota in curru, usque Romam servitit. S. Dominico vul specie simia candelam ardentem ad scribendum tenuit. S. Narcisso jubente nocivum draconem occidit. In monasterio Indis septem annis mediastinum egit. Cornelio Agrippæ ut carnis, S. Romualdo ur cornus, Margarite Virgini ut draco, S. Gallo ut ursus, S. Antonio ut venator apparuit. Cur tam variis formis? Nempe nulli industria parcat, ut animabus noceat, & decipiat. Hæc etiam tendunt ejus afflictiones!

46. Sollicito custodienda contra peccatum.

Maximum malum, quod infelicioem est reddere animam, peccatum est: Peccatum peccavit, ait Jeremias, propterea instabilis facta est. Prima infelicitas, quam peccatum animæ infert, est instabilitas. Cur autem peccatum animam reddat instabilem? 1. Quia peccator se avellit a Deo, qui est rerum omnium constantia & firmamentum. 2. Quia solus Deus satiare potest animam; cum igitur se a Deo ad creaturas avertit, ad infinita rerum desideria diffunditur, & nullibi invenit

Phers. 1. n. 3.

requiem. 3. Quia omnis creatura voluptas, quam peccator quarit, fluxa, & vana est; igitur mox hanc fastidit, & aliam quarit. 4. Quia sicut una virtus ad aliam disponit; ita unum vitium ad aliud transiit. 5. Quia remorsus conscientie non sinit peccatorem conquiescere. unde peccator volens hos angores fugere, ab una voluptate ad aliam, ab uno peccato ad aliud transit. 6. Quia peccatum est velur febris, quæ æstu & frigore alterat. 7. Quia anima per peccatum fit meretricis; id est, perdit innocentiam; igitur semper alios, & alios amans quarit, est enim libido insatiabilis. C. in Thren. c. 2. vers. 8.

Quam sollicite tempore pestis per medicinas præservativas te custodis: peccatum pestis est anima; igitur omnia remedia adhibere oportet, ut peccati venenum illi non auferatur. Quam sollicite Dominus custodit hortum, Domina speculum, filia vestem, ne destruantur, & maculentur. Eheu! quanto majori sollicitudine custodienda est anima!

47. Est imago Dei, ideo magni æstimanda.

Sicut Deus transcendit omnes creaturas: ita anima omnes res corporeas. Sicut Deus unus & trinus est, ita anima una in substantia, trina in suis potentibus. Sicut Deus totus est in toto mundo, & totus in quavis parte: ita anima tota in toto corpore, & tota in quavis parte. &c. B. Ser. 2. n. 31.

In anima tanquam in speculo elucet Divinitas. M. conc. 40. aff. 2. n. 4.

Anima Dei imago est 1. Quia incorporea, & individua. 2. Quia æterna, & immortalis. 3. Quia intellectualis, volitiva, & rememorativa. 4. Quia libera. 5. Quia capax beatitudinis, & omnis boni. 6. Quia eundis animantibus præst. 7. Quia omnes res continet eminenter. &c. C. Gen. fol. 57. col. 11.

Imago picta aut sculpta tanto magis æstimatur, quanto celebriorem artificem auctorem habuit. Anima autem habuit maximum, infinitum, ipsum Deum! Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

In Insula Rhodus asservabatur imago, quam famosissimus pictor Protogenes septem annis elaboravit. Rex Demetrius cum ab incolis Insule hanc imaginem immenso auri precio obtinere non posset,

Exim. 40.

Autur. Gall. 14. n. 31.

Et 14. n. 135. a. 116.

116.

urbem obsidione debellare decrevit: verum cum a belliduce moneretur, sic fieri posse, ut una cum urbe incensa etiam imago conflagraret, obsidionem solvit, inquit: Malo civitatem inexpugnatam relinquere, quam pretiosum opus destrueri. &c. Proh quantum æstimare oportet animam, quæ Dei ipsius indestructibile opus est! Percant opes, pereat totus orbis, non anima pereat! &c.

Anima iusti plena est gloria Dei, semper laudat Deum tum propter bonitatem Dei in se, tum propter bonitatem, & beneficentiam quoad nos, & benedicit anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt Nomini sancto ejus. C. Isa. 6. v. 3.

48. Non satiatur, nisi solo Deo.

Circumspice omnes mundi dignitates, his habitis sebis adhuc cum Alexandro: Diferentem inter viduam Sareptæ, & fatuas Virgines est, quod illa non habuerit vasa, sed oleum abundans, ista vero vasa, non oleum: jam ait Cardinalis Hugo: Oleum Dei, dulcedo æternorum: Oleum cuius di delectatio presentium: illa suscit: ista deficit. B. Ser. 3. n. 10. & seq.

Ubi ille avarus quantumcumque dives, qui aliquando divitiarum satur fuit? S. panct. 65. fol. 227.

Fecisti nos Domine ad te, & inquit: cum est cor nostrum, donec requiescat in te, exclamat S. August. C. Gen. fol. 32. col. 2.

Sicut aer & ventus, quia non sunt cibi proportionatus corpori, satiare illud non possunt: ita cum omnia creata sint vanitas, animæ appetitum non satiant. Lohner Tit. Resignatio S. 8. n. 11.

Deus solus est centrum animæ; hinc sequitur illa turbatio, quam sentit peccator, cum peccando alium sibi Deum statueret desiderat. Si in imperio plures confurgent reges, oritur turbatio, ut experientia est Monarchia Romanorum & alie: ita si anima plures sibi statuit Deos. Pone lapidi duo centra, quid faciet, dum a quovis atrahitur? eodem modo cum homo eodem tempore, quo a Deo trahitur, a passione rei create trahatur, necesse est, ut inquietus hæreat. Hæc est violentia, omnis autem violentia parit molestiam. P. p. 2. dif. 4. n. 8.

Si lapis in aere hæreat, si torrens a folio pappi cohibeatur, miraris! Et te forsitan detinet pappi folium, charta amaroria? quid detinetur in creaturis; vas vacuum est, nisi aere plenum sit; quia non ideo vas est, ut aere capiat. Sic anima

Phers. 1. n. 3.

Exim. 40.

Autur. Gall. 14. n. 31.

Et 14. n. 135. a. 116.

116.

vacua est, est creatura illam possideant; quia non ad creaturas, sed ad Deum facta est. An edypon tibi præ originali placet? B. Ser. 3. n. 18. Item 5. p. 67. f. 78.

Uterior ratio 1. est; quia res mundana non penetrant ad animam, sicut aqua non refrigerat sitim, si tantum afficitur, non bibatur. 2. Quia circulus triangulum explere non potest, circulus mundus est, triangulum anima cum suis potentiis. 3. Quia ad solum Deum facta, & creata est. B. Ser. 3. n. 11. usque 18.

Stellulam polarem semper aspicit lingua magnetica: cur non & alios planetas? quia illa sola suus scopus & finis est: ita anima tendit ad Deum. B. Ser. 3. n. 15. S. fol. 227.

Magnes naturali sympathia ferum affectat: Offer illi aurum, argentum, aut lapides pretiosos, adamantem, Smaragdum, Topazium, alioque, & his omnibus neglectis ad hæretic ferro, quia ad hoc congenito nature instinctu inclinat. Heliotropium flos pulcherimus continuo solem intuetur, ita ut animæ Occidentem vultu sequatur. Cur non quæ delectatur intuitu Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, aliorumque Planetarum? quia ad Solem natus, fastuosus est! Sic homo is rebus creatis nullam fatietatem, sed in solo Deo invenit! Ponamus avarum, qui favente fortuna immensas corradi divitias! Ponamus superbum, qui ad sublimites honorum apices ultra spem assurgit: Ponamus evanidum mundi trossulum, qui inter commolationes, computationes, saltus, jocos, nugas, ludos, diebus ac noctibus genio indulget. Quid sit? crastina die, aut sæpe inter ipsas mundi delectias animi incrorem & amaritudinem decumanam sentiunt: econtra dum suam stultitiam detestantur, animum ad penitentiam lætiter effundunt, tantam lætitiæ solatiumque experiuntur, cum omnes mundi delicia comparari non possunt. Unde hoc? quia ad Deum tanquam finem suum, non ad divitias, honores, & vanitates nati, factique sunt.

S. Cuthbertus Episcopus in pueritia aliquando petulantia coxtaneorum ludo interstitit, & ecce! subito personatus custos Angelus ei addidit, illicque fontem colophium infringsens exprobravit: Tu a Deo in Ecclesia præsum desinaris, & his inguis occuparis? exhorruit juvenis, & ad feria deceps animam modestius applicavit. O quoties hæc correptione opus

fo.

foret, dicereque: Tu Christiane, ad Deum creatus es, & mundi vanitatibus allegaris? &c. Sanchez 5. part. c. 10.

Sancti hanc vitam considerant ut peregrinationem, sic Jacobus Patriarcha respondit Pharaoni: Dies peregrinationis mee centum viginti anni: sicut ergo, qui Romanam peregrinatur, in oppidis, & urbibus non detinetur, dicens sibi ipsi: Non habemus hic manentem civitatem! ita homo Christianus in delictis, & divitiis eandem sibi gnomen occinat. &c.

49. Est immortalis, ideo sollicite curanda.

Jacob filium suum Joseph post mortem victurum cognovit: idipsum cognoverunt plerumque gentium, ut Cercida, Socrates, Cato, Cyrus &c. Ratio est 1. quia anima concupiscit caelestia & immortalia. 2. Quia in hac vita non habet fatietatem. 3. Quia non habet contrarium. C. Gen. fol. 272.

Christus Dominus probat immortalitatem animae ex hoc textu: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob: inferi enim contra Sadeuces: non est Deus mortuorum: ergo hi Patriarchae adhuc vivunt apud Deum. C. Gen. fol. 360. col. 1.

Quanta sollicitudine custodiuntur archivia, fundationes & apothecae! quia res sunt pretiosae, non per unum, sed plura saecula duraturae? si contingat, unam vel alteram hujusmodi possessionem in litem vocari. O quanta industria studiorum, quanta salaria advocatorum, quam pretiosa monetae iudicium impenduntur, ut vincatur. Et tamen haec omnia transitoria sunt, cum tempore transierint? Anima autem tunc post decem, post centena, post mille saecula vivet, cur non eadem diligentia illam conservare studes? O quam longe aliter sentiunt in inferno, qui animam perdidit: interroga damnatos! Dic avarae, qui propter lucrum injustum animam jacturam subisti, quid velles dare, si animam recuperare posses? vellem dare domum, agros, arces, totumque mundum! Dic impore, qui propter spurcam voluptatem peristi, quid velles dare, si animam recuperare posses. Vellem in cinere, siccio, & inedia vivere. &c. &c.

50. Nobilitatem suam non occupat his nugis mundi.

Si regium Principem cum trivialibus pueris ludere cerneret inter vtri fragmenta, & lucas domos, nonne diceret: Cef-

sa regie puer, ad majora natus es, &c. O anima! nata es heres Dei, age, quae tua nobilitate digna sunt. &c. B. Ser. 2. n. 42.

Anima non alliget se perituri rebus, sed habeat affectum ab his liberum. S. punct. 78. per totum.

Conon Atheniensium Bellidux apud Artaxerxen Persarum Regem negotiorum causa ad audientiam admitti cupiebat: Querebatur an vellet regem more Persarum pronus adorare? recusavit constanter, dixitque, si id faceret, vergere in probrum suae civitatis, quae imperia dare, non capessere consueverat: adeoque negotium suum per alium tractari fecit. Et tu, mi Christiane, non putas, in probrum tuae nobilitatis cedere, si animam tuam inclines his nugis, peccatis, & ipsi damoni! &c. D. 12. 25.

Esote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Columba in extremitate foraminis nidificat, ut sit eo promptior ad fugam, si ruina tectis imminet. Sic quilibet constitutus esse debet, oportet meminisse hunc mundum esse tectum ruinofum, & ideo quidem in eo habitare necesse est, sed semper paratum esse ad fugam: quia hospites sumus, non incolae. &c. Segn. Manna 12. Aug. n. 1.

Rifu dignissimus est Imp. Domitianus, qui neglectis regni negotiis muscas capere, & hac occupatione inepta, ac Principe prorius indigna tempus terere solebat. Verum ritu dignior est Christianus, qui aeterna bona negligit, & temporalibus bonis animum affigit, quae respectu caelestium longe minus sunt, quam musca respectu integri regni.

51. Venditur damoni per peccatum.

Imaginare tibi venire duos emptores, Christum, & daemone: ille totum se dat pro anima: iste parum luti: & tam imprudens es, ut huic alteri pro te tam vili animam tradas; id autem fit per peccatum, ait Sanctus Aug. Uniquisque peccando animam suam vendit diabolo, accipio tanquam pretio dulcedine temporalis voluptatis. B. Ser. 2. n. 36.

Nugax quidam joculariter doctrinam de immortalitate animae explodens animam suam venalem offert: ecce! consecretur adeit ignotus vir, qui pretium obtulit. Fit pactum: finito lusu daemone miserum scripsit. B. Ser. 2. n. 46.

Enonnis fit injuria Christo, si animam tam vili pretio damoni vendas; arguis

arguis enim Christum insipientiae, quod tam pretiosum sanguinem pro anima dederit: quae tam pro volupratula viliissima venalis est: imo iudicium proditi quod plus aeternae momentaneam voluptatem, quam sanguinem Christi. Quid facis de pretio, si contemnis quod emptum est, ait S. Augustinus. B. Ser. 25. n. 29.

Qui facit peccatum, servus est peccati. Videt Tit. Peccator: Gravissimè laborat, in servitute daemone. Seneca deplorat Platonem Philosophum solum ocio festivioreis & carpitavit fuisse redemptum; quia Vir tanti nominis integro talento debebat aestimari. An non similiter dolere possumus de anima? P. p. 2. dif. 2. n. 12.

Ponamus, quod imprudens rusticus pretiosissimum adamanteum in via inveniat, aliquot crucigeris vendat, nonne compassionem, aut risu dignus est stultus venditor? O quam multi peccatores animam tanquam vile vitrum pro modica voluptatula vendunt! idet daemone, paratus totum mundum, si hunc possideret, pro anima dare, cum in modum quo dixit ad Christum in monte excelso: Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me! &c.

52. Quam pretiosa sit, desumitur ex Passione Christi.

Tam pretiosa munere ipsa redemptione agitur, ut homo Deum valere videatur, ait Emilianus, & Chrysostomus. O homo quare tibi tam vili es, qui tam pretiosus es Deo? S. punct. 1. fol. 532.

Sitibundus David noluit bibere aquam, quae trium militum periculo stetit, sed libavit eam Domino. Quanti faciendae est anima nostra, quae stetit sanguine Dei hominis, ait Labbata. B. Ser. 2. n. 36.

Et quidem stetit integro sanguinis profusio. S. punct. 4. fol. 548.

Sicut igitur sanguis Christi, ita & anima pretiosior est toto mundo, ait Sanctus Chrysostomus. S. punct. 34. f. 757.

Cur Angelos Deos post unicum peccatum damnavit, econtra homini saepe post millena peccata veniam concedit? Respondeo, quia pro Angelis Christus passus non est: econtra anima per Divini sanguinis guttulam pretiosa fit.

Res terrena emuntur pro pretio temporali, Christus autem animam emit non auro, & argento, sed seipso: unde Eusebius: Transisse ipsum video in pretium.

metum. Anima Deum valet. P. p. 2. dif. 2. n. 11. 12. Et quidem non placitum fuit crudelissimam mortem elegit. Ibid. n. 13.

Siquis nesciat pulchritudinem Rachelis, potest satis cum desumere e laboribus Jacobi per quatuordecim annos exantillatis: ita anima pretium patet ex laboribus Christi. P. p. 2. dif. 8. n. 12. Reges terreni non conficiunt iter nisi ob rem summi momenti: quanti momenti igitur res est anima, ob quam Rex caeli interram descendit? Ib. n. 13. Recte Bonaventura: Domine tantum me diligis, ut te pro me odisse videaris. Ibid. n. 15.

53. Sollicite curanda est, quia una.

Deus dedit homini duos oculos, duos pedes &c. uno perditto habet adhuc alterum: animam vero dedit unam, si hanc perdimus, qua vivemus? ait S. Chryl. B. Ser. 2. n. 43.

David vehementer succensit Viro illi, qui oviculum unicam Domino suo rapuit. B. lb. n. 44.

Sancto Francisco quondam obviam factus est rusticus, qui Perusium oviculum portabat lanionibus vendendum. Sanctus Vir innocens animal miseratus rusticus oppignoravit pallium pro ovicala, eamque morti eripuit. Quanto magis oportet te misereri animae tuae?

In iis rebus, quas dupliciter aut tripliciter possidemus: minorem esse nostram industriam, mirum non est: Si vilius habeat centum oves, parum curat, si unam vel alteram perdat. Si agricola habeat plures agros, parum curat, si unus grandine devalletur: si Princeps habeat duos exercitus, parum curat, si unus vincatur. At vero hominibus animam unicam, si hanc perdat, qua alia vivet?

Si postea homo ter, aut quater mori, adeoque artem moriendi per iteratas mortes addiscere, & sic animam prima vice perditam recuperare, minor cura res indigeret. At statum est homini semel mori. Et si semel male cesserit, actum est: non potest corrigi error, non potest recuperare anima semel perditam!

Negotiatori inventa una pretiosa margarita, vendidit omnia, & comparavit eam: Ita homo pro una anima terrena omnia vendere, & despiciere debet: quia hac neglecta damnus est irreparabile! &c.

Intellectus Animæ.

54. Depravatur per vitia voluntatis.

LYRANUS narrat in Normandia geminas sorores fuisse natas, quæ humeris ita erant connexæ, ut una persona videretur: sed mortua altera illius fœtor etiam vivam infecti, ut præ putredine mori deberit. Si voluntas plena est malitiis, quid mirum si etiam intellectus depravetur. Sc. B. Ser. 40. n. 22. 23.

In Scripturis frequenter coniunguntur fides & castitas: *In fide & castitate*. Deficiente enim hac etiam altera deficiet. S. punct. 9. fol. 574.

Ex putredine nascuntur vermes & infecta: ita etiam ex putredine vitiorum in voluntate nascuntur vermes in intellectu: dicit aliquis, non est Deus, qui rerum humanarum curam gerit: post mortem de anima nihil superest: infernus sunt mera terribilissima. &c. Hi sunt vermes ex putredine voluntatis.

Cum vitia v. g. superbia, avaritia, ira, luxuria, aliaque, plena tyrannide dominantur voluntati, experimur nunquam, quod intellectus phantasticis imaginationibus depravetur, cuius rei Galenus, & Lemnius mira asserunt exempla: Quidam putabat nasum sibi excrevisse in immensum, ut elephantis proboscidem circumferre videretur. Alius hypochondriacus credebatur ranas, & bufones in interioribus suis nidulari. Alius putabat se membra posteriora habere ex vestro, unde semper stabat, nunquam ausus federe. Quidam ex nimia capitis defatigatione exultabat se mortuum esse, & ideo nihil amplius comedit aut bibit. Hinc multi sunt stulti ex sola vehementi rei alticujus vel amabilis, vel odibilis apprehensione &c. C. in Dan. c. 4. v. 13.

Hinc mala voluntas dicitur Manubrium diaboli, quo nos cadit, & tentat. C. Levit. 17. v. 16.

55. Semper cogitat Deum, & celestia.

Hic Oeconomiam, & negotia cogitat: alius de lusu & lætitiis &c. ad cogitandum vero de Deo vel tempus non habemus, vel nescimus &c. S. punct. 30. f. 133.

Sicut in omnibus creaturis relictus Deus creator, ita homo in omnibus actionibus Deum querere & invenire potest. Homines Sancti, ex sole, luna, sideribus,

floribus, & operationibus elementarum agnoverunt Bonitatem, Potentiam, Providentiam ac Majestatem Dei, nec ita fuerunt absorpti in laboribus terrenis, ut non continuo Deum sibi habuerint presentem. Sed de his plura alibi, de Deo, de Sanctis, de intentione bonorum operum, &c.

Nec adipem omnino comeditis. Cur Dominus Deus quasi innumerabiles leges & ceremonias Judæis in rebus omnibus præscripsit? Nempe, ut semper habeant occasionem cogitandi Deum. Sic homo Christianus det operam, omnes actiones suas per puram intentionem elevandi ad Deum: hanc in rem ait S. Gregorius: *Sicut fabrica columnis, columnæ autem basibus inniuntur; ita vita nostra in virtutibus, virtutes autem in intentione intimæ subsistunt.* C. in Levit. c. 3. vers. 17. ad finem.

56. Est potentia præambula voluntatis.

Intueamur Bibliothecam, seu aulam refertam libris, immensa hic aservatur sarrago innumerabilium auctorum ex omnibus scientiis, & facultatibus! illud autem nota, non est liber ex omnibus, qui non prius fuerit manu scriptus, atque typis impressus. Parem in modum ex innumerabilibus virtutum aut virtiorum actibus nullus est in voluntate, qui non prius fuit in intellectu.

Quam absurdas doctrinas tenent, & tenuerunt Gentiles & hæretici: Idololatraz adorant solem, lunam, bestias terræ, imo demones in idolis. Musoribus adorant mures, cum enim arca capta in bello, plaga murium multarentur, suavis suorum sacerdotum quinque mures aureos Deo Israel obtulerunt, eoque remedio putabant plagam cessasse, alii muscas, alii ranas, alii serpentes coelebant, alii filios suos idolo Moloch immolaverunt. Cerinthus hæreticus docebat, regnum Christi post resurrectionem fore terrenum, item posse unum pro alio baptizari. Dositheus, nullam sperandam esse resurrectionem, nullam timendam iudicium, & in Lege Domini vivendum esse secundum carnem. Nicolaus Advena Antiochenus, necessariam esse promiscuam Veneris libidinem. Ebiion, Christum fuisse purum hominem, & filium naturalem S. Josephi. Saturninus, Christum non fuisse hominem, cum tantum ad speciem & umbram apparuisse & passum esse.

Car-

Carpoerates, anima solum, non corporis salutem sperandam esse, Mundum non a Deo, sed ab Angelis creatum esse, nullum opus esse bonum præter fidem & caritatem. Chliffax, Christum post resurrectionem mortuorum per mille annos cum Sanctis & Beatis regnaturum in voluptatibus carnis. Cerson Magus, duos dari Deos, unum bonum, alterum malum, illam bonorum, istum malorum esse auctorem. Valentinus, Christum non fuisse carnem de B. Virgine, sed attulisse de celo, illum in cruce desperasse. Marcion, baptismum esse reiterabilem, & etiam mortuos esse baptizandos. Cajani, Judam fuisse salvatum, & illum honorari posse, eoquod prodicione Christi profecit ad redemptionem humani generis. Eueratites, Adamum fuisse damnatum, usum vini & carnis esse illicitum, eo quod sint creatæ a dæmone. Montanus, Spiritum sanctum sibi, non Apostolis fuisse infusum &c. Et hæc sunt hæresum monstra, primis tribus post Christum sæculis nata, & aliqua ex iis ab hæreticis recentioribus resuscitata. Unde autem tanta impietas? unde hæc fœdera? Respondeo, omnia prius concepta sunt in intellectu, & dein iis depravata voluntas! Unde necessarium omnino est, ut intellectus subit dominio voluntatis, voluntas obedientiæ Ecclesie, Ecclesia Dictioni Spiritus Sancti! hæc subordinatio si abrupatur, ex intellectu confurgunt hæresum & scelerum portenta!

Memoria Animæ.

57. Mirabilis in retinendis plurimis objectis.

SENECA de seipso testatur, quod duos millia nominum, quo ordine recitari, retulerit, & a suis condiscipulis singulos versus a singulis datos, quorum ultra ducenti erant, ab ultimo incipienti usque ad primum recitavit.

Adolescens quidam Patavii, genere Corneus, triginta sex millia nominum alienissimorum memorie artificio complectebatur, ita ut non uno duntaxat die, sed elapso etiam anno omnia ordine recitare posset: & quod mirabilis est, eam memorie artem Franciscum Molinum Patricium Venetum ita edocuit, ut is intra paucos dies, qui alias dura fuit memorie, quingenta nomina comprehendere.

Cyrus Persarum Rex omnia milicum, etiam gregatorum nomina tenuit. Apparat. Convivial. f. 238. & seq. D. 5. 59.

Nicasius de V. Verda, licet a teneris cæcus, tamen libros utriusque juris ex auditu didicit, mente tenuit, & memoriter recitavit, in Universitate Lovanienis gratum Magisterii suscepit, ex indulto Pontificio Sacerdos ordinatus, Colonia Doctor creatus leges Imperiales docuit, omnia ex memorie felicitate. Kommann. f. 76. VV. art. disc. Font. 28. Ex. 1.

De Julio Cesare proditur, quod quaternas simul litteras dicitur. Kommann. fol. 227.

Mitridates duarum & viginti gentium Rex totidem linguas calluit. Joannes quidam Pallasius sacras litteras verbatim recitare novit, & cerce, si perissent, ipse solus reparare potuisset. Pari modo Sanctus Aug. narrat de quodam suo amico, quod tali modo Virgilium calluerit.

S. Antonius Archiepiscopus Florentinus in juvenute sollicitus ingressum in Ordinem Sancti Dominici. P. Provincialis quærebat ex eo, cui studio se vellet impendere? respondit Juri Canonico. Bene est, subinferebat Superior, si totum Decretum Gratiani memoria teneris, tunc voti te comitem faciam. Hac responsione nihil aliud intendebat Superior, quam ut juvenis desiderium aliquandiu suspenderet: & ecce Antonius intra annum totum illud volumen perfectissime memorie impellit. D. 2. 72.

Portius Læro Declamationes omnes, quas scripserat, inoffense & memoria recitabat. Legatus Pyrrhi Regis, altera die qua Romam venerat, totam Senatium, omnemque populum nominatim salutabat. D. 5. 59.

Clemens VI. tanta valuit memoria, ut nihil auditum, aut lectum potuisset amplius oblivisci, fuitque hæc memorandi vis tanto mirabilior, quod eam ex vulneris capitis inflicto acquisierit. D. 7. 51.

Didymus a nativitate cæcus, tamen insignis Magister in exponendis Scripturis fuit, Geometriam etiam, quod fere incredibile videtur, perfecte calluit. D. 12. 92.

S. Gaugerius Episcopus Cameracensis adhuc puer nil perile gessit. Episcopus Trevirienis Diocesan suam visitans a Parrocho laudatus est, cui ad se vocato Episcopus: Mi juvenis, si paulo post huc redidero, & tu totum Davidis Psalterium & memoria recitaveris, ego te in Clericum adorbabo. Paulo post rediit Episcopus, & Gaugerius totum Psalterium recitavit.

tavit, ut ne in verbulo offenderit. Factus Episcopus fidei Christi verbo Dei, & miraculis propagavit. *Leucht. II. Aug.*

E. Joannes Micon Ord. S. Dominici tam stupenda fuit memoria, ut totam summam S. Thomæ, quæ una cum supplemento tertæ partis sexcentas duodecim quæstiones, & articulos ter mille centum, & viginti complectitur: præterea totam Scripturam, & libros sententiarum memorat tenuerit. *N. 31. Aug.*

PHANTASIA.

Somnia.

58. Non omnia sunt vana.

Xenophanes putat somnia omnia esse tranquillissimas illusiones, sed non est ita, uti patet in somniis Abraham, Abimelech, Jacobi, Joseph, Pharaonis, & Nabuchodonosor. Profunde sciendum somniorum esse quadruplicem causam: aliquid veniunt ex naturali humore, & sic sæpe quis somniat idipsum quod revera fit: Plinius somniat te excacari, & cum evigilabat, revera cæcus erat. B. Ramvoldus Abbas somniabat se cæcitate liberari; & revera evigilans invenit se liberatum. Altera causa somniorum est precedens imaginatio, & occupatio animi in certa arte aut facultate; ita artifices somniant de suis artefactis. &c. Tertia causa nonnunquam est dæmon, qui ut homines vanis observationibus peccent, nonnunquam vera, & futura in somno proposuit. Quarta causa interdum est Deus, qui in somniis salutaria monita frequenter dedit, uti supra allegatum est. *D. 2. 6.*

Filii Polykratæ videt in somnio Patrem a Jove lavari, & a sole inungi. Id verificatum fuit, cum Polykratæ in patibulum fuit suspensus; ibi enim a Jove pluvius fuit lotus, & solari calore sua adipe inunctus. *D. 4. 81.*

Duo itinerantes, cum Megaram venissent, unus in hospitio, alter ad amicum divertebat. Noctu hic alter videbatur sibi primum videre & audire lamentantem rogantemque ut sibi contra insidias hospitii auxilium ferret. Proripit se lecto, open socio laturus. Sed paulo post neglecto consilio denuo decumbit. Iterum ergo primus, jam faucibus rogare visusest, ut saltem necem suam ulcisceretur; corpus enim suum a caupone occisum in plaustrum stercore coopertum ad portas devehit. Hoc viso iterum excitatus alter ad

Flin. lib. 2. 30.
In Marc. 1. 1. 3. 1. 10.

Valer. Max. 1. 1. 15.

monstratum locum se confert, cadaver invenit, & cauponem ad iudicem deferit. *VV. Art. dicit. Font. 8. Ex. 4.*

Voluntas animæ.

59. Proclivis est ad malum, tarda ad bonum.

Mulieres Israeliticæ dederunt in aureas ad idolum. O si debuissent dare ad sacrificium! &c. *S. punct. 17. fol. 60.*
Petrus Damiani ait: Facilius inprimis tur imago vanitatis, quam veritatis. *S. punct. 113. fol. 345.* Vide supra titulum thoma, ubi describitur instabilis in bono. Discipuli omnes timebant ad illud: *Unus ex vobis me tradet.* Quare a propter malam conscientiam; non; ait Sanctus Leo; sed propter mutabilitatem humanam: *S. punct. 9. fol. 571.*

S. Paulus Apostolus mala omnia totius mundi provocat, quærens, quis non separabit a caritate Dei; certus sum, qui neque mors, nec tribulatio, ne angustia, nec quidquam aliud poterit nos a revertere ab amore Christi! cur non addit Apostolus, certus sum, quod neque voluntas propria poterit nos separare a qua voluntatis proclivitate ad malum timet tanquam nocentissimum inimicum, qui plus, quam alia mala, poterit nos separare a caritate Dei. *Cum tot, ac tanta dixerit, ait S. Bernardus, unam, scilicet propriam voluntatem subiecit.* Una ergo voluntas nos separat a Christo. *A. 1. lect. 5. num. 4.*

Petrus post peccatum ex atrio abiit. Quid ergo timuit? seipsum metuebat, ne centies aut milies negaret Christum propter infirmitatem voluntatis in occasione. Sancti Anachoretæ proci a mundo in eremus profugerunt. Quare? quia sciebant, voluntatem esse velut paleam, quæ removeri debet ab igne. Non est peccatum, quod fecit homo, quod non facere potest alter homo, ait S. Augustinus.

60. Ejus affectus habetur a Deo pro opere.

Si magna dare aut facere non potes, magnam saltem habe voluntatem: si pauper es, habe voluntatem magnas largiendi elemosynas, & eris largitissimus; offer Deo mille animas, mille vitas, &c. Voluntas enim seria & resoluta omnis virtutis, & meriti fons est & origo. *C. in Gen. 4. v. 7.* Deus promittit Eliacim summi pontificis

CAUS

74. 23. **D**abo clavem domus David super humeros eius. Hic quaritur cur templum Salomonis Deus vocet domum David? Nempè quia David habuit voluntatem adificandi templi; ideo etiam preparavit impensas. *A. lect. 4. §. 4.*

Deus non tantum præcepto sexto, & septimo fornicationem & furtum, sed etiam præcepto nono, & decimo affectuum horum peccatorum interdixit; quia affectare, seu velle impudicicium aut rem alienam, coram Deo jam facit furem aut impudicum. Par ratio se habet in virtute; affectus reputatur pro opere: hinc sanctus quidam Doctor ait: *Quidquid toto corde, tota intentione, toto desiderio vis, id est certissime. Vis toto corde esse humilis, hoc ipso revera est humilis: vis efficaciter esse patiens, obediens, constans, hoc ipso talis est; Deus voluntatem tuam pro facto computabit, quia voluntas omnis meriti aut demeriti fons & causa est. C. in Gen. 4. v. 7. Item Osee c. 9. v. 10. Abraham filium Isaac immolare volentis obediendum, pro facto ipso acceptum & remuneratum est: *Contentus sum voluntate tua, & ex hac te coronavi, & prædicato, ait S. Chrysostomus. C. in Gen. 22. v. 12.**

Desiderium iustorum omne bonum est, præsolatio impiorum furor. Ex hac gnomæ patet, praxim facilem crescendi in omni virtute & merito esse, crebra, & ardentia eorum desideria; per hæc enim virtutem quamlibet, etiam quam exterius ob paupertatem, infirmitatem, aliumve defectum exercere non potes, interius in animo concipis, & auges, v. g. pauper si habeat efficac desiderium faciendi elemosynam, si opes haberet, acquirit virtutem elemosynæ. Infirmus, qui jejunare, & cilicia ferre non potest, desiderans hoc facere, acquirit meritum hujus mortificationis, & sic in aliis; nam Deus ista desideria adeo grata habet, ac si essent opere completa. Quare si Deo placere cupimus, frequenter pia desideria eliciamus. *C. Prov. 11. vers. 23.*

Libertas Voluntatis.

61. Est necessaria ad meritum, & demeritum.

Samson nullis finibus cohiberi potuit: quando ergo captus fuit? respondeo, tunc, cum voluntatem suam ultro in linu Dailia posuit. *S. punct. 36. fol. 157.* Semel pronus colebat Davidem, & ta-

men ad mortem condemnatus est: Quare? quia necessitate compulsum tum primum Davidem coluit; cum in victor iam Jordanem transierat: desuit obsequio libertatis, ideo gratum non fuit: Coacta servitute, ait S. Augustinus, quantum Deo & hominibus placeat, considerate. *B. Ser. 9. n. 30. Item Ser. 20. n. 11.*
S. Pachomius increpavit coquos in cuculina, quod fratris non apposerunt cuculina; si enim, ajebat, jejunent, cum comedendum aliquid habeant, est grande meritum. Cum autem, jejunant, cum nihil manducandum habent, meritum non est. *E. Verbo abstinentia Ex. 9.*

Si homo non esse liber, prout somniant Lutherus & Calvinus, non ageremus, sed ageremur ut bruta, imo ut stipites & trunci: ridicole nobis Deus præcipere, & prohibere id, quod non est in nostra potestate, atque tyrannice minaretur, & ingereret transgressoribus penas æternas. *Verus Ut vitium, ait Philo sophus, in nostra est potestate. C. in Canon. in Epist. S. Pauli Can. 15.*

Ad Heb. 1. 3. 2. 3. 5. 6.

62. A nullo agente extrinseco cogi potest.

Samson cogi non potuit, donec voluntatem ultro in sinu Dailie posuit: Fratres! omnes Samionis sumus, vim non patimur, arbitrium cogi nequit: infernus totus prævalere non poterit, si nolimus. *S. punct. 36. fol. 157.*

Sanctus Chrysothomus ait: *Magna vis est voluntatis, quæ nos efficii posse quod volumus, & non posse, quod nolimus. C. Gen. c. 4. v. 7.*

S. Chrys. Ser. de Zachæo.

Ipsè Deus non vult, quamvis posset, cogere arbitrium: *Tunc unus abiit de duodecim.* Signate dicitur: *Tunc:* quando nempe Magdalena ad usendum venit. Quid? ait Chrysothomus: qui meretricum mores valuit immutare, discipulum non potuit retinere? & respondet? valide & incunctanter potuit retinere, sed necellitate nolebat bonum efficere. *S. punct. 6. f. 556.*

S. Christina Martyr terribilibus tormentis, Patre cooperante, laniata, lacere carnis frustum in faciem Patris projiciens, dicensque: Satiare carnis, miser, quas genuisti! nullis doloribus vinci poterat, ut idola adoraret. *C. Gen. 4. v. 7.*

Eadem ratio se habet de omnibus Martyribus, ita ut ait S. Chrysothomus: *Magna vis est voluntatis, quæ nos efficii posse quod volumus, & non posse, quod nolimus. C. in Gen. 4. v. 7.*

S. Chrys. Ser. de Zachæo.

63. Reddit hominem bonum aut malum.

S. Ambrosius de Insuper. 1. 1. 3.

Cum Deus creavit omnia, omnia laudavit praefer hominem: Quare respondet S. Ambrosius: quia in interiori, hoc est per suam libertatem antea probandum erat. B. Ser. 2. n. 10. C. Gen. 1. v. 29. & 31.

Anima sicut scutum lavigatum est, in quo insensibilia sunt parata facinora. B. Ser. 2. n. 11.

Seraphim stabant ante thronum habentes quatuor alas, quarum duabus volabant. Quomodo autem stabant, si volabant sicut flamma in lampade stat & tamen sursum tendit &c. Ita homo habet quidem alas, quibus a Deo avolare potest, si tamen flans perseverat, hoc illi imputatur ad meritum. Audi Bernardum: Solus homini inter animalia datum est posse peccare, datum autem non ut proinde peccaret, sed ut inde gloriosior appareret, si non peccaret, cum peccare posset. B. Ser. 20. n. 14.

S. Hieronimus in Cant.

Philosophus ait: Quae in nostra sunt potestate, ea agere & non agere possumus. Et circa haec versatur lex, laus, vituperium, poena & praemium; ad ea enim, quae non sunt in nostra potestate, nemo horatur, praecipit, punit: nemo de illis consultat, deliberat, eligit, sicut non eligimus famere, frigere, sed ea paritur. C. in Can. in Epist. S. Pauli Canon. 15.

Arif. 1. 3. Eth. 1. 2. 3. 5. 6.

Deus potuisset Divina virtute convertere Mundum, quia habet remedia infinita commovendi violenter & irangendi hominum corda. Sic Christus Dominus in vita & passione sua potuisset lignis evidentibus demonstrare suam Divinitatem! Potuisset in horro Gethsemani, ubi a lictoribus captivus ligabatur, abruptere fustes & catenas, atque, prout ad Petrum dixit, e caelo evocare legiones Angelorum ad sui defensionem! Potuisset in flagellatione induere gloriam Montis Taboæ! Potuisset iniquos iudices tertere eo vultu, quo in die iudicii terretur peccatores damnatos! Potuisset perveraciam filii frangere terribilibus prodigiis, quam olim Moyses terretur Pharaonem! Potuisset facere, ut manus, & brachia percutientium obrufcerent, & illi tanquam saxa & trunci inutiles haerent. Potuisset in cruce commutare solari splendore, & elementa omnia commovere, ignem, ut fulminibus excinderet crucifixiones, aere ut procellis turbidibus illos collideret, terram, ut apertis faucibus illos devora-

ret, aquam, ut effluis imbribus illos suffocaret. Sed haec omnia noluit, ut libertatem impiis relinquere. Invitavit signis, ut agnoscerent suam Divinitatem, suavit, ut crederent, non cogit. Similiter hodieum haereticis suggerit motiva ad credendum, non cogit. Vident illi infelicitatem Judaeorum; quod non obstantibus tot lignis Messiam recipere noluerint, quod si funesto eorum exemplo sapere, veramque fidem amplecti nolint, relinquunt illos suae obstinatie! Quare non vi compellit? Quia grata illi non est conversio, nisi sit libera!

CORPUS HOMINIS.

64. Est mirandum opus Omnipotentiae Divinae.

S. Ambrosius LXXXII. 6. 2.

SANCTUS Ambrosius de mirabili corporis structura ita dicitur: *Humani corporis fabricam instar esse mundi: squidam, ut caelum eminet aeri, terris maria, quae vultu quadam membra sunt mundi, ita etiam caput supra reliquos artus cervinus eminere: in arce autem hac regalem quandam habitare sapientiam. Rursus quod sol & luna sunt in caelo, hoc sunt oculi in homine: sol & luna duo mundi lumina, oculi autem quadam in carne sidera surgent desuper, & inferiora claro illustrant lumine. . . . quam speciosa caesaries? Quid sine capite est homo, cum totus in capite sit? Haec frontis libera, qua mentis habitum specie sui praeat: Imago quadam animi loquitur in vultu: Gemina series superiorum oculis munimenta pretendunt, praetereunt gratiam. Etc. C. Gen. 2. fol. 64. col. 2. Vide supra titulum Homo, ubi describitur esse microcosmus.*

Mirabilis est dimensio corporis humani: Homo enim alius est quatuor cubitos, cubitum computando ad sesquipedes, & pedem ad quatuor transversas manus. Pariter ab extremitate digiti ad alteram digiti extremitatem in expanso homine est quatuor cubitorum mensura. Longitudo faciei est hominis totius decima pars, oculi longitudo & latitudo quadragesima quinta pars. Longitudo nastrae trigesima pars. Linea a maxilla ad verticem octava pars, collum decima quinta pars, latitudo pectoris sexta pars. Umbilicus est medium hominis &c. D. 3. 34.

Corpus hominis habet musculos fere quadringentos, ossa ducenta viginti quatuor, tanto artificio compacta, ut singula

ossa quadraginta usus habeant. VV. art. diste, font. 74. ex. 5.

65. Debet subesse Dominio animae.

Per tria morietur terra, & quantum non potest sustinere, ait Salomon, Tria illa sunt servus regnans, stultus satur, & uxor multiloqua: Quartum autem est ancilla cum fuerit heres Dominae suae, id est corpus, cum regnat super animam &c. B. Ser. 2. n. 18. Vide titulum Anima, ubi docetur, quod debeat esse Domina corporis.

Neque morose, ac tadiose debet corpus subesse animae, sed cum alacritate: In omnibus operibus suis esorvelos, monet Ecclesiasticus, id est, diligens, strenuus, excitatus, ac solers: nulla aecidia, nullus torpor irrepit in iis, quae praecipit anima: de Christo Domino dicitur in Cantica: Ecce, iste ventis alens in montibus, transiens colles, similis est caprea, hirsuloque ceruorum. De Beatissima V. Maria testatur sacrum eloquium, quod accipio per Angelum nuncio de incarnatione Dominica, abiit in montana cum festinatione. Sic omnes Sancti erant alacres ad omne bonum, praesertim in executione suae Vocationis &c. in Eccl. c. 31. v. 27.

Can. 2.

Sancti ad horrorem usque afflixerunt corpus jejanis, vigiliis, ciliciis, aliisque austeritatibus, ut illud domino animae perfecte subicerent. C. in Ad. Ap. c. 1. vers. 3. Sanctorum corpora post mortem mirabiliter ab Angelis, ab elementis, a brutis fuerunt honorata, aut ab omni corruptione praeservata. Verum haec gloriam non promerere, nisi per omnimodam subjectionem erga animam in negotio salutis. C. in Isa. 11. v. 10. Item Ezech. 37. v. 28.

66. Rebellat contra animam per passiones.

Pugnā continuam corporis per rebelles passiones deplorabat David, exclamans: *Miserere mei Deus, quoniam concupiscit me homo, id est, Vetus homo cum concupiscit suis: Multi bellantes adversum me, id est, carnales affectus, quos tanquam satellites concupiscentia contra me educit. Hostes nostri domestici sunt, non alienus quaerendus est, ait S. Laurentius Justinianus. S. punct. 108.*

Dan. 7.

Ecce! quatuor venti pugnant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendent de mari. Ubi Richardus: Quid per ventos nisi cor instabile? quid per ventos nisi rebelles passiones: quid per bestias, D. Claus Spicci. univers. Pars 1.

nisi bestiales motus designantur: Quatuor veni sunt quatuor praecipuae passiones, quae dum agitantur in mari cordis, nunc bestiam unam, nunc alteram excitant, nunc lecanam insolentem, nunc ursum luxuriae, nunc pardum hypocrisis &c. S. punct. 110.

Exclamat Apostolus: *Inferus ego homo, qui me liberabit de corpore mortis huius?* Quare liberari cupit? Propter molestiam & importunitatem pugnae; concupiscentia enim carnis tanquam hostis domesticus semper nos affligit, & oppugnat. S. punct. 112.

Rom. 7.

Deut. 7.

1. Reg. 15.

Sed cur Dominus Deus continuum habeat ac molestiam pugnam admittit? Nempae ac humilitatem nostram: Ne forte multiplicetur bestia agri contra te. Ait Sanctus Bernardus: O quot bestia superbia, inanis gloriæ, jactantiae insurgent, si nihil adversi in se homo pateretur. S. punct. 109.

67. Debet subjugari cum passionibus suis.

Maledictus, qui prohibet gladium suum sanguine: hoc est, qui rebelliones corporis dominari permittit. *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter: ubi sfidorus Clarius: Opus Dei erat eliminare & devastare Moabitas, & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur: Pepercit Saul Amalec & Agag, idem reprobatum est. S. punct. 108.*

David cum sciret aquam de cisterna in Bethlehem, cupiditatem habuit quidem, quae rationem praevenerit, sed restitit, dum eam Domino libavit. Ubi S. Ambrosius ait, Davidem in effusione aquae fuisse fortorem, quam tres heroes, qui per medios hostium cuneos eam attulerant; quia facilis est aliis, quam sibi ipsi vim inferre. S. punct. 109.

Nec obicitur homo difficultatem aut impossibilitatem; quia plus virum habet mens ad tenenda membra carnis, quam concupiscentia ad movenda. S. punct. 109.

Abnegat semetipsum: Haec abnegatio nihil est aliud, ait S. Basilus, quam summa rerum omnium vitae superstitiorum oblitio, atque a sui ipsius voluntatibus recessio. Passiones, si non frumentur, tyrannice nobis dominantur. Contra hanc tyrannidem conqueritur Ecclesiasticus, & Deum rogat pro eius resignatione: *Beatus, qui non servit indignis se. Servire se spero est durum, sed indignis servire durissimum: tales indigni, seu tyranni Domini sunt*